

XI.1<sup>f</sup>=Q.

(cat. 4, 9-22.)

SUPREMI. HONORES.

I N.

PANEGYRI. SECULARI.  
T E R T I A.

ACADEMIÆ. LIPSIENSIS.  
RECTORE. MAGNIFICO.

DN. AUGUST. QVIRIN. RIVINO.

PHILOS. ET. MEDICINÆ. DOCTORE. CELEBER-  
RIMO. PATHOLOGIÆ. ET. BATONICES. P.P.  
MERITISSIMO.

FACULTATIS. MEDICÆ. SENIORI.

E T.

MAJ. PRINCIPP. COLLEG. PRÆPOSITO, GRAVISSIMO.

A. TRIBUS. FACULTATIB. SUPERIORIBUS.

A N N O.

ACADEMIÆ. PHILYREÆ. IVBILÆO.  
NONIS. DECEMBRIBUS.

SOLEMNISSE, DISTRIBUTI,  
CARMINE. JUBILANTE.  
DESCRIPTI.

A.

M. LUDOVIC. CHRISTIANO. CRELLIO.

SS. THEOL. BACCAL. P.P. FACULT. PHILOS. ASSES-

SORE. MIN. PRINCIPP. COLLEG. PRÆPOSI-

TO. ET. LYCEI. NICOL. RECTORE.

L I P S I Æ ,

LITERIS. BRANDENBURGERIANIS.

SUPREMI HONORES

IN

TERIA

ACADEMIAE LIPSIVENSIS

RECTORIS MAGNIFICI

DR. AUGUSTI QVIRII RIVINO

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE CELEBERRIMO

PHYSICAE ET ANATOMIAE ET MATHEMATICAE  
MERITISSIMO

INVENTAE MEDICAE SENIORI

ET

MAIORIS PRINCIPIS COLLEGII ET FRONTO CRASSIANO

AC TRIBUS FACULTATIBUS SUPERIORIBUS

ANNIS

ACADEMIAE LIPSIVENSIS IV. M. DC.

NONIS DECEMBRIS

SOLEMNISSIME DISTRIBUIT

CARMINI IUBILANTE

DE

A

M. NIDOVIC CHRISTIANO CRELLIO

PHILOSOPHIAE ET FACULTATIS PRINCIPALI

PHYSICAE ET ANATOMIAE ET MATHEMATICAE  
DOCTORE MERITO COLLEGIUM PRINCIPALE

TOPTICORUM RECTORI

D. S. M.

LITERIS BRANDBURGICIS



QUATENUS

In Summe Reverenda. Facultate, Theologica:

PROMOTORIS. EXCELLENTISSIMI.

D. GOTTFRIDI. OLEARII.

SS. Theol. Professoris, Ordinar. Longe.

Celeberrimi.

COLLEGIQUE. THEOLOGICI. DECANI.

ATQUE. PROFESSORIS. PRIMARIII.

D. ADAMI. RECHENBERGII.

AUSPICII S.

D N. JOHANNI. KISLINGIO.

GRUNHAYNENSI. MISNICO.

SS. Theol. Licentiat. Professori. in. Electorali. Erfurt.

Acad. Publico. Mercator. apud. Erfurt. Past. &c.

UT. ET.

D N. JOHANNI. LAURENTIO.  
PFEIFFERO.

SS. Theol. Licentiar. Ecclesiastæ. ad. Ædem. Prædi-

catorum. Erfurti. &. Evangelici. Ministerii.

ibidem. Assessori.

IN

Magnifico. atque. Excellentissimo. Jctorum. Ordine.

PROCANCELLARII. SPLENDIDISSIMI.

LÜDERI. MENCKENII.

JCti. Consummatisimi. Facult. Jurid. Lipsi. Ordini-

narii. &. Antecessoris. Primarii. &c. &c.

) : ( 2

P R O -

PROMOTORIS, EXCELLENTISSIMI.

D. JOHANNIS, HENRICI,  
MELICHII.

JCti. Jurid. Fac. & Curia. Provincialis. supremæ.  
Assessoris, Meritissimi.

COMPROMOTORIS, GRAVISSIMI.

D. GOTTFREDI, NICOLAI,  
ITTIGII.

JCti. Codicis, P. P. Facult. Jurid. Assessoris, &c.

AUCTORITATE.

Duumviris. Ingenii, Ætatis, ac. Jurisperita, Eru-  
ditionis. Laude, Florentissimis.

DN. L. JOHANNI, ABRAHAMO,  
ROTHIO, LIPS.

DN. L. CAROLO, GOTTFREDO,  
ITTIGIO, LIPS.

LÜBBERG, MENCKENII.

IN.  
Gratiosissima, Medicorum. Facultate.  
DECANI. ET. PROMOTORIS,  
DN. JOHANNIS. BOHNII.

Phil. & Med. D. Therapeut. P. P. Celeberrimi, Reip. Lipsiensis. Physici. Acad. Decemviri, & Colleg. utriusque. Principp. Collegiati, &c.

DUCTU. OPERAQUE.

Medicæ, Artis, solidæque, Experientiæ. Fama.  
Clarissimis.

DN. L. CHRISTIANO. FRIDERICO.  
BOETTGERO. LIPS.

DN. L. GEORGIO. FRIDERICO.  
KUTTENBERGIO. LIPS.

DN. L. JOHANNI. CASPARO.  
KUCHLERO. SMALCALDENSI.

DN. L. JOHANNI. CHRISTIANO.  
NATHAN. DAMENSI.

):( 3 DN.

DN. L. CHRISTIANO. JACOBO.  
SEYLERO. HOECKENDORF.

DN. L. ELIÆ. SCHOENIO.  
FRAUSTADIA. POLONO.

DN. L. GODOFREDO. ROTHIO.  
GOERLIC. LUSATO.

SACERRIMO. RITU. CON  
FEREBANTUR.

DN. L. JOHANNI. CHRISTIANO. SECTO  
NATHAN. DAMENST.



Ecce nostro aurum est & bonos & va-  
na voluptas,  
Qua tria pro trino Numine mun-  
dus habet.

Hae tria tres Furias pepererunt Numina mundo,  
Pestis trina orbis per volat inde globum.

Quam pietas ficta est? quam regnat HYPO-  
CRISIS <sup>ample?</sup>

Damna quot haec fidei pestis ubique dedit?

Quanta eheu ciues agit at DISCORDIA? <sup>ad</sup>

Et pugnas quantis <sup>arma</sup> viribus usque ruunt?

Dira fames quot nunc miserandis moribus ur-  
get;

PESTIS & ira Dei hinc juncta quot interi-  
mit?

Hinc Phylaea Deo solvit per iubilagrates,  
Hae mala quod fines non tetigere suos.

Quartus ab integro & seculi dum nascitur  
ordo,

Tres furias Charites tres cohibere iubet.

Relligione FIDES firmatur, iustaque pu-  
ro

Pectore praestantur voce fideque Deo.

Discor.

*Discordes animos placido conjungere amore  
Nititur & lites tollere diua* THEMIS.

*Aspera quo positis mitescant secula bellis,  
Ac terris redeat Copia, tuta quies.*

*Sæva lues Stygiis rursus se condat ut undis,  
Hoc HYGIÆ A optat, portat & alma  
Salus!*

*Hinc secli ut firmet spem* THEIOLOGIA *fu-*  
*turi,*

*En binos sistit, pignora certa, Viros.*

*Æmula dat* JURISPRUDENTIA *flore vi-*  
*gente*

*Doctores, seruent qui sua sacra, duos.*

*Septem porro Viris* MEDICINA *paravit*  
*honores*

*Summos: en numerus signa salutis habet.*

*Quis non ter faustum Philyrae spondeat inde  
Seclum? o spes nostras impleat ipse Deus!*

*Huic ego dum laudem & Doctorum encomia par-*

*Devotè pandens jubila mente precor*<sup>go.</sup>

PANEGYRESTES.

A TRINO. HEC. JUBILA. TRINIS.



Uc ades orerum fons  
atque perennis origo

Vita, summe Deus, cunctorum aeternae bonorum  
Ipse Pater, nullis seclorum in secula metis  
Distinguende, cui neque principium, neque finis  
Ullus adest usquam, spatio neque clauderis ullo:

A

Qui

Qui verum solus metus ac tempora ponis,  
Eterno cuius voluuntur secula nutu  
Atque revolvuntur, nullo sistenda ruuntque  
Conatu, celeri secum rapiuntque furore  
Heu mortale genus violenti fluminis instar:  
At tu qui fueras, es semper, solus erisque.  
Huc ades, & que nos TIBI júbila leta paramus,  
Fac ut rite parare, & sancto prodere versu,  
Et bene speratis cantu praludere rebus  
Possimus, laudesque, Tuae & benefacta referre.  
Carmina, da, placeant solemnibus debita ritibus,  
Fac memori pietate Tibi condenda probentur.  
Ipse Tuum in decus hac aperito pectora & ora,  
Quæ sine Te, Pater alme, stupent torpore nefando:  
Ipse Tibi haud vano nunc omine dicere laudes  
Da possim, in festo quod júbila leta meretur,  
Quod nemo vidit nostrum, quod nemo videbit.  
A Te principium Festi: Tibi desinet illud.  
Numine namque Tuo factum est, curaque paterna,  
Ut jam quarta tribus felix successerit ætas,  
Qua Philyrea agitet secularis júbila pompa,  
Quæis divinarum præconia debita laudum  
Afferat, atque alia hinc sibi secula fausta precetur:  
Tu triplicem teæ divino tegmine pestem  
His advertisti, quæ spargere nigra venena,  
Edere quæ turbas, vitæ spoliare misellos  
Assolet, & late nunc grassatura videtur.  
Non turbant veræ pugnantia dogmata legi,  
Hæreticum virus, doctrinæ munera recte:  
Non litis fecunda nimis, discordia, mater  
Infaustum sparsit semen, quo bella creantur,  
Quæ nunc Europa late dominantur in arvis,  
Nec quæ tot miseræ adfligit & enecat urbes.  
Heu malefucta fames, huic junctaque lurida pestis

Molita

Molita est nostris morbos lethumque paravit.  
 Praesidio Philyrae tuo, Deus almae, perennem  
 Servavit florem, & nunc tertia secula condit.  
 Quin etiam ut porro decus illud consuet, ab alto  
 Bellorum immansi nutantem pondere mundum  
 Respicias, tandem hunc tranquilla pace beare  
 Institues, quarto hoc latentur ut omnia seculo.  
 Inde triplex Doctorum ordo Philyreia tempe  
 Lustrat, & ut sibi perpetuo hac firmamine tanta  
 Roboret ornamenta, Viros virtute celebri  
 Doctrinaque parat, qui commoda publica servant,  
 Et pestes quacunque ruunt, restinguere tentent,  
 Spem seculi firment, divinam gloriam in ævum  
 Extendant omne, ac in postera secula propagent.  
 Quae dum sacra cano, Tu Spiritus almae, faveto!  
 Tres Charites igitur Philyrae floris honores  
 Dum servare student, triplicem pestemque fugare,  
 Tres Erebo natos furias, dirasque Sorores,  
 Quae terris cunctis hoc impia sceptrum minantur  
 Seculo, profligant, rutiloque umbone repellunt.  
 Quae debellatur primo a pietate verenda, est  
 Personata fides, fucato haec decipit ore,  
 Incedit capite obliquo, oblipamque respicit  
 Cervicem, picto simulat pia pectora vultu:  
 Lingua aliud jurat pro Religionis amore,  
 Perverso aut aliud longe sub pectore celat:  
 Averso vultu fraudes & crimina prodit,  
 Impia corda fovet pulcro pietatis amictu,  
 Ore crepat Christum, recta & modo dogmata jactat,  
 Salvificam at squalente fidem rubigine scelat  
 Moribus indignis, ovium sub vellere servat  
 Mente Lycionias fraudes, & crimine sordet:  
 Abscondens rufam post candida tegmina vulpem.  
 Huic sese opponit monstro pestemque fugare

*A templis sanctisque scholis hanc rite laborat*  
**Religiosa fides**, pietatis seria cultrix,  
*Simplicitate bona, niveaque hac candida palla,*  
*Verbo fulta DEI, cruce Christi almaque coruscans;*  
*Scitaeque recta serens, referens & moribus ista,*  
*Summo accepta polo, toti venerabilis orbi,*  
*Hec binos pietate Viros & dogmate sano*  
*Praclaros sancti pracones numinis ambos,*  
**Barnabæ & invicti similes Paulo ore fideque,**  
*Armis exornat divinis, robore mentes,*  
*Spiritus almae, Tuo firmat, clypeoque salutis,*  
*Et contra hanc furiam nunc arma capessere mandat.*  
*Ergo quam late jam regnet Hypocrisis alta*  
*Mente, prior speculans KISLINGIUS, illius artes*  
*Et furiale, docet, quod spargit ubique venenum,*  
*Antidotumque parat divinae conscius artis.*  
*Hoc ille a teneris agitavit providus annis:*  
*Hanc mentem Medicus Pater inspirarat: eandem*  
*In prima confirmant atate docentes,*  
*Daunius imprimis Leisnerusque incluta quondam*  
*Nomina Cygnæ, Doctores Leucopetrenses*  
*Dum Philyraam almam contagia lurida vexant,*  
*Premunire student pectus medicamine certo.*  
*Tum vero, ut nostras contagio tabida terras*  
*Liquerat, excipiunt nostri longo ordine Mystæ*  
*Illum & Doctores: Alberti cum Cypriano,*  
*Menckius, & sine felle atro Fellerus, amicus*  
*Tunc operasque manusque huic Rechenbergius addit,*  
*Huic alia Ernesti & Fridrici comoda jungit;*  
*Wolffius Hebræas herbas de monte Sionis*  
*Ostendit, quas Pfeifferus, Carpzodius atque*  
*Scherzerus plenis calathis jam, tradere pergunt.*  
*Felices adfert radix Oleagina fructus*  
*Quos Maxl studium illi maturescere gaudet.*

Hinc

Hinc aliorum ipsum natis vocat instituentis  
Dresda, ubi Werthevinox prolem Zapfiadasque  
Formandos capit, & prohibendos tabe veneni,  
Quod vitii adnatum pectora mollia rodit.  
Sic alios formans melius formatur & ipse,  
Ut multos sanet. Pralucet lumina clara  
Spenerus, Grenius, Carpozovius atque Sebischus,  
His juncti Lucius, Bosius Schmidiusque verendi,  
Et cum Kubniada Sperlingius ore disertio.  
Isti doctrina sancta exemplisque probatis  
Monstrant, qua deceat Christi virtute fideque  
Cœtum a pestifero incolumem servare veneno,  
Quod malus Hereticus, quod turpis hypocrita spargit.  
Hinc specimen primum in castris prudentiæ & artis  
Ederet ut dia, ad Rbenum turmasque vocatur,  
Sexte Ruthene, Tuas: sequitur promptusque sacratas  
Hic operas præstans mæius castra inter & arma,  
Debellare docet pestem, qua nos necat intus:  
Hostem intra nosmet latitantem & pectora turpi  
Proditione ultro ad mala crimina & arma cientem,  
Impietatis atrox fallacis hypocrisis hostis.  
Dura rudimenta ista placent, documenta probantur  
Prima DEO, qui mox nostrum ad majora vocabat:  
Graiza Ruthenæ Heroibus incluta sedes  
Hunc primo e castris repetebat ad aulica sacra  
Curanda, atque operam præstandam civibus almam  
In templis animisque DEO pietate sacrandis.  
Hinc Erfurta suis ad Thomæ templa jubebat  
Munus Apostolica sacrum pietatis obire,  
Tunc aram committebat, fanumque Gregori,  
Gymnasi curam addebat doctæque palestra:  
Porro ut Hieranis Academica munera Musis  
Doctæ Professoris præstaret, Principis almi  
Nutus, & in Musas venerandas gratia fecit.

Nature hic miranda profundis abdita terris  
Arcanosque sinus, lapidumque innata docebat  
Robora, & ingenio monstrabat quasque metalli  
Vires ac genium, quæis commoda nostra parantur  
A Medicis. Mage sed virtutem & pondera verbi  
Scriptura in gremio penetrabat; carius illud  
Auro est & gemmis anima medicamina præstans.  
Hoc opus, hic labor est, scoriis purgare reverendam  
Doctrinam, solidum spectandumque ignibus aurum  
Rite probare, & sic languentia corda juvare.  
Hoc dum noster agit, summi exsolvantur honores  
Tam caro capiti, & jam præmia digna parantur,  
Urgiadum Philyra suis seclaria pandit.  
Oltæ opera socius fuerat, sic estque decoris  
Ipsi PFEIFFERUS parili virtute fideque.  
Thuringibus virum genuit: tum prædia Patris  
Primarudimenta egregia vita atque beata  
Ponere viderunt doctrina: hinc ipse palastram  
Et Meg- Ericensem percurrit & Eblebiensem,  
Atque ibi Scæberus que fert & Franckius, audit,  
Hic que Kaiserus, sacro que Moschius ore  
Prodit, inexpleta capit aure & mente reponit  
Ima, ut doctrine sanctæ fundamina seruet.  
Isto animo Musas Geranas rite salutat,  
Et que Juvetus Sophies arcana recludit,  
Accipit, aut Brommer, Dückhansius atque Debmærus,  
Gruvius inprimis Doctorum inventa Sophorum  
Exponit, cupida discit solertia, & illo  
Præside notitiam declarat Numinis alta  
De cathedra, contraque Sophismata queque tuetur.  
Inde Magisterii clara ornamenta reportans  
Jam spatio breviorè suas grassatur ad artes,  
Et Sauromannum dulces de monte Sionis  
Portantem fructus Ebrææ oracula lingua

Affiduo studio sectatus, Theologorum  
 Ad sedes properat, caelestes ire per hortos  
 Ipsorum ductu gessit, succosque salutis  
 Fonte haurire DEI, sancto verboque supremi  
 Numinis exoptans, huic se sacrare laborat.  
 Schenckius hinc Langguthus, & Haberkornius illi  
 Prodest, Theiologi trinum decus Ordinis ingens,  
 Ardore hi summo sacri mysteria libri  
 Produnt, & varios formant Ecclesie ad usus.  
 Inde, Salama, Tuos latices & sacra fluentia  
 Imbibit, hinc lymphis Philyraeis pectora tingit,  
 Mellissui nostri Carpozovii ab oreque pendet.  
 Unde Erfurta docat sanctos hortosque rigare  
 Coelestem & rorem campis diffundere siccis  
 Mandat, eoque animas penitus recreare misellas.  
 Jussibus ille parat, divina ibi dogmata largo  
 Exponit fructu, vite & metioris ad usum  
 Salvificis multorum animas hortatibus urget.  
 Nec hunc in templo suadete flumina sacra  
 Nobilitant modo, sed multa & studiosa juvensus  
 Pfefferi nostri e doctrina commoda carpit  
 Namque vel Ebraea pandit mysteria linguae,  
 Vel verba ad populum facere & fera corda movere  
 Rite docet, vel queis sit Christi Ecclesia fatis  
 Pressa refert, multisque hodie secreta vet. sibi  
 Annales recitans exponit temporis acta,  
 Doctrina vera ostendit quam pondera firma,  
 Quam sint usque horrenda piis deliria sectae:  
 In festum Christi infausa de gente Socini  
 Hereticum genus est, dura quod fronte negavit  
 Aeterni aeternam prolem Christum esse parentis,  
 Progeniemque DEI equalemque paremque Jehovah,  
 Supremumque Deum benedictum in secula cuncta:  
 Dira lues fidei, morum probitate dolosa

Alen

Heu sese insinuans multis, tetroque veneno  
 Plurima corrumpens concreta pectora Christo.  
 Huic se PFEIFFERUS caelesti concitus astu  
 Opponit validis momentis, gloria Christi  
 Quanta sit ostendit, blasphemio de hoste triumphans.  
 Viderat hoc Philyres meditans seclaria festa  
 EUSEBIE, & gavisus Viri studio ac pietate  
 Hunc post KISLINGUM summo dignatur honore.  
 Nam virtute ista ornati scitisque sacratis  
 Ambo deportant Doctorem illustre brabeum:  
 Scilicet illa suos huc excitat ordine Mystas,  
 RECHENBERGIADEN binos OLEARIADAS que  
 ITTIGIUM que, & Te defungi Principis almi  
 Munere sublimi nunc vult GOTTFRIDE OLEARI,  
 Et per Te binos hos dat pia pignora seculo,  
 Porro fore, ut Philyre, quamvis rumpantur iniqui,  
 Sinceram servet doctrinam, dogmata pura,  
 Atque aliis mittat Doctores provida terris.  
 Sic ergo vobis cathedram & sua templa tuenda  
 Fortunata Dyas committit, dogmate recto  
 Eusebie & pietate gravi. Vigilate fideli  
 Cura, qui turpes errorum irrumpere pestes  
 Et nova cottidie contagia serpere multis  
 Noxia conspiciatis. Vigilate & vindice dextra  
 Rem Christi asserite. En caelo majora parantur  
 Praemia. Doctrina Christum factisque referte!  
 En plausu excipiunt Seclaria festa parantes  
 Ingenti, & toto latantur pectore, pestem  
 Vos templisque scholisque DEI prohibere paratos.  
 Viderat alma Themis studioque accensa Sororis  
 Prospicere ipsa etiam conatur civibus, atram  
 Arcere a tectis pestem, quam Noctis alumna  
 Sanguineam torquens aciem succincta colubris  
 Unanimes armans violenta in praelia fratres

1754

Irasque insidiasque ferens Discordia gignit:  
 Non in bella modo hæc Reges populosque flagello  
 Dico, ac infernis facibus truculenta lacescit,  
 Sed privati odii late quoque semina spargit,  
 Stridulaque intendit clamorosas per fora lites.  
 Perturbat cives inimicæque jurgia fundit.  
 Summa imis cælo & terras miscere laborans.  
 Non tulit ista Themis pacis studiosa quietæ  
 Gratæque concordie confirmans fœdera nexu,  
 Sed furiosa ejus conamina lege restinguens  
 Ipsa duos contra Juris Legumque peritos  
 Ambos florentes at aribus & Philyræ ambos  
 Pignora cara sua statuit, qui jurgore dextras  
 Possint, & stygie delere incendia flamma  
 Et prohibere labem, Nec Te dilectæ moratur  
 R O T H I lata suis tutoribus addere, cujus  
 Ingenium vegetum atque fides & mascula virtus  
 A teneris illi jam nota & utroque Parente est.  
 Namque Tuus meministi sibi quot Pater inclutus olim  
 Officia & rare fidei documenta probarit,  
 Quanta dexteritate suos adjuverit olim,  
 Vere & consultus casus causasque subortas  
 Quanto judicio deciderit, alma ministrans  
 Jura, & in ambiguis observantissimus æqui  
 Suppetias tulerit pressò, oppugnavit iniquos.  
 Tutor apexque fori: vere anchora sacra clientum.  
 Hoc studium, hanc mentem, quam gens Birnbaumia matris  
 Jam pridem Themidi multum dilectæ verendis  
 Exemplis firmarat, ut in Te Diva notavit,  
 Jam puerum gremio fovit, cum lacteque matris  
 Justitiæ & legum Tibi propinavit amorem:  
 Et atem Preceptores formare tenellam  
 Incipiunt fidi, Ludovici primus in istis,  
 Philosophum, qui nunc per jubila Jura Decani

Exerces, tenerum doctas formavit ad artes  
 Ingenium, sequitur merito, sed primus amica  
 Mente TIBI censendus nunc affinis & alter  
 Jure parens, patrios cujus jam dextera fasces  
 Gestat, WAGNERUS, Themidos cor amabile casta,  
 Scævola consilio, censor dexterrimus aequi,  
 Rara nunc etiam tibi dexteritate sequendus.  
 Excipiunt opera hunc Birckhani, quem Plavionis  
 Nunc Schola Rectorem veneratur clara, fideles,  
 Me quoque tunc aliquid meministi forte labore  
 In studiis prodesse TIBI voluisse operoso;  
 Et voluisse sat est: non omnia possumus omnes.  
 Quod potui, certe feci, Sophiesque Te alumnum  
 Primum formari, perfecit id Herdtius, oris  
 Ornamenta tibi Germanice at Langius addit,  
 Regi jam carus sacunde munere lingua.  
 Jusstitie ad sacra hinc contendis culmina, quo Te  
 Sollicito studio atque fide Menckenius egit,  
 Ordinis hec Consultorum decus ille supremus  
 Auspiciis nunc Augusti Themidosque Sacerdos.  
 Is docuit Legum arcanos recludere sensus,  
 Et tacitos Juris scrutari utriusque recessus.  
 Bartolus Baldusque TIBI est, cui semina fructus  
 Prima Tui grata debes cum fœnore mentis.  
 Hinc sapiens animi Te & consultissimus aequi  
 Gribnerus, nunc Leucorea lux alma Themidos  
 Excipit, & legum profunda indagine nodos  
 Extricat, dubiis Tibi lux Cynosuraque causis.  
 Præside eo doctus celsus de sede cathedre  
 Conjugiis in Natorum de Jure Parentum  
 Consensuque agis & legum momenta tueris.  
 Barthius at longo legum stabilire tibi usu  
 Notitiam studeat, ac in causis civica Jura  
 Usurpare docet, miserumque jurare clientem.  
 Hinc ad prelustres Batavum contendis Athenas,

Et

Et gentis mores, quaque Eckius ore disertus  
Codicis & veterum legum ad sancita notabat,  
Mente hauris cupida, divisos orbe Britannos  
Visere Reginamque cupis victricibus armis  
Optate pacis vix dantem jura superbis,  
Belgica castra etiam spectas bellique theatrum.  
Inde domum repcens causisque foroque vacare  
Incipis, & queruli tutari jura Clientis.  
Publicus inde status TE & Ratisbona vocabat,  
Concilium Imperii presenti visere fronte,  
Quo veteri ritu summo jurata Monarchæ  
Numine primatum cocunt sapiente senatu.  
Hinc petis Austriacas oras arcesque Vienna  
Terrigenum spectas sedem augustamque DEorum,  
Inde Themis revocat seclaria festa parantem  
In patriam, capiti que Tuo meditata Tiaram,  
Impubis de jure Tui ut documenta dedisti  
Scripto, purpureos humeris imponit honores,  
ITTIGIO QUE suo decorandum jungit amice.  
Hic etenim primis Themidi se addixerat annis  
Magna exempla sequens, Diva stimulante, Parentis,  
Quem Themis & melior virtus ad sidera tollit:  
Quippe juventutem primaria jura docere,  
Consultosque inter tractare negotia summa  
Assolet, ipse sacra vitæ lex viva & amussis.  
Hujus ut adspexit vestigia clara volentem  
Rite sequi puerum, in nato recreare Parentem  
Destinat, & jam tum fugit sibi gaudia certa.  
Namque quid haud tanto virtus emissa teatro  
Possit, quantum olim læsis prestare Patronum?  
Ipsa manu teneris igitur jam ducit ab annis  
Immersam studiis indefessamque juventam  
Socraticas inter curas doctumque Lyceum  
Exercet, sic paulatim ad majoraque mittit:

Non immaturo properare ad rostra furore  
Et crudum in cathedras studium vult pellere nostrum  
Utilibus mentem hinc imprimis artibus ornat,  
Privatas operas Mitbus & Kesselius illi  
Præstant, hisque suas simul & Baumgartius addit.  
Publica solliciti studii Ludovicus, amore  
Ad sinis ductus, non Ernestusque minore  
Affectu & pietate student documenta probare,  
Pectora dum Grajis formant, ornantque latinis  
Artibus, Herrichius græco venerabilis ore  
Quas auget, dum Treuer Ifacundia flores  
Eloquii implantat, Sophiesque arcana recludit.  
Langius historia prudenti sine recentis  
Lactis suo exponens ore & secreta vetusta  
Commemorat, vitamque exemplis instruit æqui,  
His disciplinis rite ad majora paratum  
Eunomic excipiunt Mystæ tacitosque recessus  
Juris declarant utriusque, & pondera legum  
Sanctarum expendunt: hic quid natura ut honestum  
Turpe ve cognoscens æterna lege tenendum  
Constituat, nostro Gribnerus voce diserta  
Exponit, vitamque & mores regulam ad istam  
Format. Civilis sacra elementaque Juris  
Ipse parens fido studiose inculcat amore,  
Atque illi præscia junctus pietate Philippus  
Digestas nostro veteres certo ordine leges  
Explicat, has vario rerum confirmat & usû  
Codicis Augusti Augustus Carpozobius addit  
Pondera, nodosas leges Olearius illi  
Jemichiusque extricant, & pugnantia cauta  
Conciliant ratione, etiam contendere doctis  
Pro vero causis, falsasque repellere monstrant.  
Hinc licetis tiliis Rostochica wisere tempe  
Fert animus, large æonias ubi Varnus amœnus

Fundit aquas: Æpinus ibi præclara reperta  
Huic priscumque novumque Sophos demonstrat ad unguem,  
Steinius at Juris sinuosa volumina pandit.  
Atque iter inceptum propiore ad culmina summa  
Justitiæ cursu jam dirigit, eque propinquo  
Præmia nunc illi ostendit præclara laborum,  
Namque Themis juvenem vocat ad tilicta paterna,  
Et Philyræ servare decus studet: Inde verenda  
Cum Sophie summis illum exornare brabeis  
Certat. Et illa quidem laudem titulumque Magistri  
Lata Sophum tribuit docto plaudente Senatu:  
Hoc decus ille alacri studio & virtute coronat,  
Namque parentum natorumque reciproca jura  
De victu præstando dissertatio docta  
Illius ostendit, contraque adversa tuetur.  
Utque Sophos inter sibi jura locumque pararet,  
„Multi quod vox sunt ut præ se ferre laborent,  
„Hoc vultu simulent, aliud sed corde profundo  
„Contineant, usu solemniter rite docebat,  
Exemploque suo monstrabat. Nam velut alma  
Totum jam Sophie studium vitamque sacrasset,  
Se parat, & Sophicas tantum sua olere lucernas  
Vult credi. Interea haut tacitus quacunque videtur  
Amplexus Themis alma suos passura, precatur,  
Jamque Olearida arcanos interprete sensus  
„Prodit, dum scicta de venditione perite  
„Differit, aut cunctorum usum fructumque legatum  
„Rite bonorum aliis doctæ de ponte cathedra  
Explicat. Et clare nunc ipse fatetur amantem,  
Dive se totum sacrans, examine utroque  
Firmum animi sensum spondens præstandaque cuncta  
Arrham deponens, Dive dum sentiat astum.  
Illa sed ut dudum veteres agnoverat ignes  
Ut tignum nato, castas incendere flammis

Atque augere parat, jamque huic sua pectora spondet.  
Annello vincit digitum, caput & sibi carum  
Exornat mirra saturo splendore rubente  
Purpureaque humeros palla tegit: oscula figit  
Expectata diu, huic se aeterno foedere jungit.  
Perpetuos ejus contra illa paciscitur ignes  
Officiumque sibi prohibenda in peste suorum  
Litibus, invidia, insidiis, discordia amara.  
Rothius huic dextro lateri mox jungitur, ambo  
Spem firmant Divae & Secularia festa celebrant.  
His contenta viris regnis, quos certa struendis  
Fulcimenta videt, dubiis firmamina rebus  
Opponit, paucos numero at virtute valentes.  
Hos satis est habuisse duos. Hic quisquis iniqua  
Ate laesus opem poscit, vel virus atrocis  
Invidia contra & clamose fulmina linguae  
Auxilium, aut pressis orat solatia rebus,  
Is validum robur sibi quod sperabit, habebit.  
Sic navi Phylireas commendat Caesora in illis  
Pollucemque suis clarissima sidera praestat,  
Spem certam in mediis prosperrimaque omnia turbis.

Cum Dea successu leta & felicibus ausis  
Tertia tam sanctis jam secula conderet astris,  
Auspicium quarto sic terque quaterque beatum  
Ederet, haud studio commota Hygiea minore.  
Mox septem complexa Viros ad juba festa  
Approperat celerisque suos penetrantia ad ima  
Gressu deducit templi & sic ora resolvit:  
Ergo ego & Eusebii Themida & sua regnatura  
Optata tectis pestes prohibere medela  
Letas adspiciam, & sic sola ignava sedeo  
Nec pro more meo Phylireas curabo salutem,  
Illosque hominum servabo corpore vitas?  
An dum trina suum renovarunt secula circum

Inco.

In columis Phylireque DEO pia juba fundit,  
Spemque sibi in quartum validis firmare columnis  
Nititur, atque viros dignis hinc doctibus ornat  
Sola incauta mali divisque ingrata tacebo?  
At memini quot dira lues his funera terris  
Hinc sexto lustro dederit, quamque otia Mysis  
Tristitia, cum fugerent timide velut atra columba  
Tecta, meas tiliis ad commoda publica nati  
Heu juvenes, sinerent que meas sine honoribus aras.  
Heu memini steterunt que come, cum temporis ejus  
Cum subit ab misera dirissima pestis imago,  
Jamque iterum nos vicinis vestigia terris  
Morborum terrent, sed & contagia flammae  
Thorunii que & Dantisci jam jamque Stetini  
Grassata est misere, ac regali monte Borussia  
Hungaricas que pervasit cum fame Polonasque  
Urbes infecit, vix jam seseque coercet.  
O superi deum hic tectis avertite monstrum  
Neve iterum tiliis miserandum immittite cadem.  
Luctus ubique pavorque & plurima morbis imago  
Ut vexet terras, vitientur odoribus aure,  
Et serpat per tecta lues: mecum vigilate,  
Et doctam exose Libitina opponite mentem  
O cari juvenes, capita o dulcissima, quorum  
Sedulitate sibi formosum pollicita avum  
Posteritas cepit seculo confidere quarto,  
Quod Phylirea agit, huc nostros jam providis in usus  
Este, intentatam Furia grandescere cerno  
Pullitiam insaufam, tenerosq; movere lacertos,  
Nunc albiat que hominum sese insinuare caterois.  
Hic vero egregiis obsistite viribus, atram  
Et cobibete luem. Fortes fortuna jurebit.  
Dixerat. Optato respondent omnia plausu:  
Auspiciis laetis Tyrio exormentur ut astro

Septem

Septem rite Viri, vigiles queis tradere curas,  
 Atque in lauratis ductores ponere turmis,  
 In morbos possit Dea pestiferasque cohortes.  
 Hic Tu primus ades BOETTGERE, operamque virilem  
 Caræ offers patriæ, cives servare paratus,  
 Vlnis quem natum suscepit Lipsia blandis,  
 Nutrit & teneris immulgens ubera labris  
 Nicolai schola lacte suo & doctrina alimentis  
 Castalia; Philyraque dedit Medicæ artis alumnus.  
 Seligmannus erat, qui Te dextro omine in album  
 Afferuit, patriæque decus non vanus aruspex  
 Te forte prædixit. Sophie Pezold elementa:  
 Grande Sophos solido firmamine at Hardtius edit.  
 Naturam & causas rerum penitusque recessus  
 Docto Ejus Mystes Cyprianus tradidit ore.  
 In varios usus aptatam mente Matthesin,  
 Wolffsus exhaustisse dedit referens Euclidem  
 Et radio totum pingentem protinus orbem.  
 Hinc Te qui ingentem comprehendit pectore Olympum  
 Pfautzius ingenii & studii præstantis honorum  
 Pro merito tribuit, Sophie mandante, bræca.  
 Quæ te porro ciet documentum exponere cunctis  
 Doctrina Sophia, Specimen pro jure Magistri.  
 „Hinc matre in gravida quæ sint molimina masse  
 „Post vitalem auram conceptaque semina monstras.  
 Tum vero totum Divæ te tradis, ab agro  
 Pellere cui labor est contagia corpore, & artus  
 Incolumes hominum, firmam servare salutem.  
 Bohmius hinc medica longe celeberrimus arte,  
 Canitie venerandus nostra ætate Machaon,  
 Auxilioque potens Tua tum conamina recto  
 Consilio exemploque regit, ducitque perita  
 Dextra. Rivinus quem per Seclaria festa  
 Rectorem Philyrae suum venerata, Medentum

Ordo

Ordo decus rarum servat, Batavi atque Britanni  
 Suspiciunt, & pellendis Natura ministrum  
 Dignum habet in morbis, sua cui secreta revelet:  
 Cognitione valens herbarum illasque theatro  
 Illustri exponens, vires Tibi rite medendi  
 Chymica quid valeant hodie medicamina monstrat.  
 Sedulitatis ope & curata dexteritatis  
 Hippocratis geniale decus, Pauli, alma salutis  
 Ferre docet media, & quam machina corporis hujus  
 Sit fragilis, turpi ut dilapsa cadavera tabo  
 Ostendant, monet, atque hoc, quae spectacula firment,  
 Exhibet. Ante illum TIBI quae Schambergius eheu  
 Magnificus Pbilyra moriens (mors rara,) parabat.  
 Inprimis sed Peonia dux arte Schacherus  
 Phaebeo pollens medicamine, nobilis ampla,  
 Notitia rerum, vel subtilissima quaeque  
 Ingenio penetrans, suavissimo & ore recudens,  
 Vulneris auxilium designans, ordine & artus  
 Quo sint connexi per corpus, raraque cunctis  
 Natura e regnis manibus palpanda oculisque  
 Usurpanda dedit, docto & sermone repandit:  
 Quae studio solerti & sumptibus huc impensis  
 Haud compensandis communes auxit in usus.  
 Is te per vastum regnum deduxit Hygae,  
 Ejus thesauros omnes pretiosaque credens  
 Pharmaca, & innumeris secreta obscura retexit.  
 „Hujus praesidio docto certamine thermae  
 „Unde salutiferae, queras, virtute beare  
 „Afflictos possint, quaeis terra Bohemica manat.  
 Palladis hinc nutu summo dignandus honores.  
 Addit se socium tibi KUTTENBERGIUS una  
 Et tecum gaudens patria & juvenilibus annis,  
 Atque pari studio paribus Doctoribus utens.  
 Huic quoque Nicolai Schola sub moderamine Cressi  
 Prima rudimenta utilium bona semina rerum

C

Præsti-

Praestitit, ac Haupti Grimmenſis rite laborem  
 Rectoris prima perfecit flore juventa.  
 Pfauziada poſthas Academica ſceptra gerente  
 Hunc Philyrea ſuis adſcripſit civibus Albo.  
 Cumque illum ante albas ſola ars operoſa Medenti  
 Cepiſſet, qua muta ſuis natura latebris  
 Conderet, inquiſcit, ubique facem Cyprianus  
 Prætulit, atque Oleariades tum gloria Pindi  
 Nunc ornamentum noſtræ & lux clara Sionis.  
 Uberiora dedit Schambergius ille profunda  
 Natura Myſtes, divina doctior artis  
 Quæ manus Herophilo ſuit olim dicta Deorum.  
 Crellius obſcuros hinc experiendo aperire  
 Natura niſus ſtudit, qua cauta Guericke  
 Machina eos liquida declarat viribus æthere.  
 Wolffius, & doctæ ſcintillans Funckius arte,  
 Fæta Mathematicæ doctæ ſemina ſpargunt,  
 Quæis Bættneriades adjunxit ſcита Sophorum.  
 His auctum excipiunt Myſte longo ordine Hygææ,  
 Auſpicioque hilari Divæ ad ſacraria ducunt.  
 Abſculta canities Galeni Bobnii omnes  
 Humanæ gentis morbos, medicamina cunctæ  
 Exponit ſapiens: herbarum vimque medendi  
 Rivinus tradit: noſtræ rimatur & extæ  
 Corporeæ molis ſtructuramque illius imo  
 Mirandam ſenſu Pauli & Schambergius olim  
 Exponit. Totum Medicinæ tramite recto  
 Hunc didit curſum Dux abſolviſſe Schæcherus.  
 Unde ſuos Sophie juveni jam ſpondet honores,  
 Et confert ſummos, quos diſſertatio doctæ  
 Spiritum noſtrorum adaperbaque origo tænetur.  
 Tum Sophico Medicum junctura Hygæa decorem  
 Bobni præſidio centamina publica poſcit.  
 Hæc præſtans febris nimium cito diſſugientis  
 Suspectas fraudes maleſida pericula monſtrat,

Deni

„Denique Welschiada, mammarum, preside, cancerum  
 „More suo mordax fere & immedicabile cunctis  
 „Rite malum expendit, qua saltemque arte levare,  
 „Si non deleriqueat, aut medicamine tolli.  
 Isthis purpureo dignum se munere praestat.  
 Interea KUCHLER US adest, Smalcaldia vitam  
 Clara cui tribuit, carisque Parentibus orbo  
 Lipsia restituit largo cum fievore Patrem  
 Bobnium, Apollinas illi qui contulit artes:  
 Qui gratum hospitium rebus stipendia curtis  
 Fortunam facilem, sanctos pietate Patronos,  
 Consilium studiis summa ornamenta paravit.  
 O quoties, meministi etenim, Küchlere monebam  
 Cum nostram expeteres hoc de conamine mentem:  
 Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim,  
 Multa tulisti, obdurasti: nunc denique prodelt.  
 Quid tum? quod puero perierunt morte parentes:  
 Accepisti alios. Quod multum pressit egestas.  
 At levat ipse Deus. Doctores commoda portant,  
 Wigandus teneris sapientum semina in annis,  
 Hardtius at solidam Sophien dat dogmate acuto;  
 Fridrici hinc alias, alias Dicelius artes,  
 Jubila qui nobis dedit acta: & jubilat astris.  
 Crellius & docuit, Bobni & te duxit ad edes:  
 Qui tibi nunc unus verusque bonusque Patronus  
 Pridem & Magnifico Rivino, animique Schachero  
 Tam placide te commendavit, ut hi quoque multa  
 Ornamenta tuis adferrent undique rebus:  
 Et studiis medicis firmarent pectus, ut ipse  
 Promptum aliis studium nunc Phœbea arte medendi  
 Praestes. Hinc Sophies non tantum laurea frontem,  
 Purpura Apollineo, sed & exornavit honore.  
 Maeste animis. Meliora dabit fortuna diesque.  
 Tu quoque maeste novo NATHAN decore, amplius urge  
 Huc quod te duxit studium. Tibi namq; faventem

Dotibus egregiis multis agrosceis Hygeam,  
Nam juvat ipse Pater miseris bona pharmaca miscens,  
Materiemque omnem, nigris que affertur ab Indis  
Ditibus Assyriisque, aut que pia patria gignit,  
Morbis pellendis apta egrotisque saluti  
Ostendit. Quam quo recte componere discas  
Jam pridem Medicis solenter ab aaribus heres,  
Ante tamen varia pectus tibi tingitur arte,  
Quam secleris opes studio fervente Galeni.  
Grimma tibi pandit juveni prelustre Lycceum  
Aoniasq; artes tibi Petermannus ibidem  
Ermelius fidi, cum Knauthius atque Jacobi  
Instillant, mittunt teque ad Philyrcia tempe,  
Huc ubi letus aquis ter jubila fundis Elyster:  
Rüdiger hic primum Medicusque Sophusque rigabat  
Fœcundo mentem Sophia latice, osq; parabat  
Ad plenus hausus medico de fonte salutis.  
Hujus Rivinus rivos, Schambergius in te  
Bobnius atque bonus pleno derivat aquali,  
Sic & Apollineo & tingens humore Schacherus;  
Ut satis hic Hygea putet tua prata bibisse.  
Diffuis in varios usus agrisque levare  
Ipse paras sitim potò medicamine, fontem  
Inde salutiferum TE nunc Hygea coronat.  
Nec tua se condi patitur clarissima virtus  
SETLERE, at summas sibi jam deposcit honores,  
Quos dura rerum tibi conditione mereri  
Contigit, ingenuis studiisque attingere tandem.  
Namque pater pridem satis ereptus alumnus  
Te sortì dura matrique reliquit egenti,  
Sed te Lossiadum genus, unde ea nata, monchat,  
Ut majora sequi, medicine Lossium & olim  
Restituisse velis. Sic te parat alma parentis  
Cura, & quos aluit tam pulchro sine Magistris:  
Wernerus doctus, tibi nunc Eichlerus amico

Assi.

*Affinis vinclo junctus, Merbitiadaequè  
 Instinctu studium Frentzell: porro Glasbutta  
 Seyssi Rectoris felix solertia Grimma  
 Gymnasio aptavit, quo missus commoda multa  
 Sensisti studiis doctis ac rebus egenis.  
 AUGUSTI REGIS clementia, nam tibi victum  
 Doctrinam Petermanni, Schonbachiadaque,  
 Ermelii & Knauthi dederunt ac Musa Jacobi.  
 Hic lustro exacto civem Philvrea recepit,  
 Octo annis fovit, doctas dextraque benigna  
 In te effudit opes: Pezoldi Rudigerique  
 Prima tibi studium Sophies elementa paravit.  
 Inde Machaonias vires artemque medendi  
 Bobnius ostendit solido hac examine firmans  
 Rivinus virtutem herbarum & nomina docta  
 Explicuit, totum & medicina pandere cursum  
 Instituit: molem mirandam corporis hujus  
 Arte secare docent Pauli & Schambergius, olim  
 Petermanniades, ubi esset humana Hygea.  
 Hoc studium Hippocratis Nabothius atq; Schaberus  
 Atque hic inprimis tibi perfecisse laborat,  
 Corporis adstipulas partes miserandaque damna  
 Hospitium miseris, quod corpora viribus almis  
 Cassa vovet, mutilos membrisque ac lumine captos,  
 Ostendit praxin firmans tibi in arte Medentium.  
 Chymica Scheiterus tecum Rotbiusque fidelis  
 Dux tractat quondam, summi nunc compar honoris.  
 Quos ut consequerere aeterna laude Patronos  
 Ornandos memoras, qui spem tibi remque tulerunt.  
 Nam tibi Bernerus Beyerusque anchora sacra  
 In rebus duris erat, & Lichtverrii asyllum.  
 Exoptata Tibi noster stipendia prestat  
 Nunc Senior Philvres Olearius, atque paternam  
 Sadlerus curam, cujus pia Blockius heres  
 Exsolvit benefacta tibi, spemque auget honorum.*

Quos Hygæa tui studii nunc præmia confert,  
Pestique opponit te, quam avertatur, Averna.  
Jamque tuas vocat illa manus operamque medendi  
SCHOENIADA, quem Fraustadium lugubre Polonum  
Edidit, ac horrenda hoc anno peste caducum  
Auxilium implorat natorum artemque salubrem:  
Ergo age nunc succurre tuæ patriæ, atque fideles  
Præsta operas. Primis hæc inspiravit in annis  
Mentem, ut quæcatis morbos compescere vinculis  
Et revocare animas ipsis è faucibus Orci  
Ars studet, huic temet studium totumque sacræres.  
Hæc tibi Doctores, doctum dedit ipsa Parentem  
Pastorem, cursumque sua direxit in arte.  
Prima tibi sed firma rudimenta ejus, honestæ  
Et pietatis amorem tum Schola patria fecit.  
Heinius hic, Lauterbachius cum Bruschio amicas  
Conjungunt operas fundamina prima locantes.  
Schnazingeriades tum Crantzius atq. Weberus  
Heneliusque addunt majora, Scholæque labores  
Absolvunt: studia & cum laude Academica suadent.  
Ast obstat pietas atque ægra senectæ parentis.  
Hæc retinere domi poterat, patriamque subire  
Molem, atque effecto dextram præbere ministram.  
Viderat hoc pietatis opus gævisæ Hygæa,  
Neve quid interea perdat in arte medendi  
Temporis, herbarum succos omnesque metalli  
Commonstrat vires, quæc pharmacæ rite parantur;  
Sedibus in patriis. Hinc Francofurtæ recepit,  
Et post materiam medicam, secreta Hygææ  
Principia ostendit; Totam Bergæniæ artem  
Explicat, & nostri structuram corporis imis  
Extis rimatur, sed Vehrius inde dietam  
Describit cautam, Jobrenius atque Ostrovsky  
Naturæ vires; his doctæ Mathematica jungit  
Schmeskius, & nostras instructum his mittit ad oras.

Hic

Hic artes auget Rivinus degmate acuto,  
 Conjungitque operas immortalis arte Schacherus  
 Mortalem vitam servandi & commoda vite:  
 Bina tibi exponit Paulina, cadavera, virtus  
 Quin omnes Divæ Mystæ constante favore  
 Condecorant. Tandem lauri caput incluti honores  
 Jam cingunt, pesti horrendum percarum Hygiæ.  
 Jamque suum numerum votumque implese videri  
 Omine felici poterat Fecialis Hygiæ,  
 Quem pesti sæva variisque opponere morbis  
 Posses: tormentis miserum & spondere levamen.  
 Cum quibus ut properat Diva ad seclaria Festa  
 Obvius en illis occurrit ROTHUS, in quo  
 Doctrinam insignem ut veteresque agnovit amores,  
 Huc, ait, ô dilecte mihi, doctissime Rothi,  
 Huc ades, haud patiar Te porro latere: meretur  
 Præmia summa tuum, queis jam dignabor, honor una  
 Ingenium solers, mores quamquam illa modo si  
 Non querant: sequitur fugientem gloria vera,  
 A teneris etenim Te novi, ipsumque parentem  
 Eusebia Te formantem; nostræ artis alumnum  
 Te fore prævidi; Lauba & Gærlizia postquam  
 Artibus instruxit juvenilibus, & Philyræa  
 Te accepit, proprium nostris Te protinus aris  
 Addixi, mystasque meos tua quæque judare  
 Commoda mandavi, stimulisque favoris adegi.  
 Hinc te Welschiades meus exornare paravit,  
 Hospitiæque & doctrina formavit, ut ipso  
 Præsidi sulphureas vires expendere posses.  
 Porro pari Petermannus studio atque favore  
 Adjuvit, Schambergerus non signa minoræ  
 Edidit illius, meâ dum sacraria pandit,  
 Maxima Magnifici Rivinus, Bobnius addunt.  
 Hinc etiam Hallensis medicorum gloria prima  
 Ordinis eximio studio & complexus amore est,

Stab.

Stablius ille mei regni instaurator & alma  
 Natura mystes rerum tutela mearum.  
 Praesidio illius, novi, quam docta metalli  
 Et salia & vires proponens charta sit a Te  
 Defensa, & cum laude tua plausuque meorum.  
 Summorum hinc, memini, Tibi facta Licentia honorum est  
 Quos nunc auspicio secl'i Tibi confero leta,  
 Dixerat, & cunctantem mult a morasque trahentem  
 Ipsa suis jungit, numerum completque sacratum,  
 Omine ter fausto secl'aria festa celebrans.  
 Bobnius hos sanctus Divus primasque sacerdos  
 Iphis, quem nuper luctantem faucibus atræ  
 Eripuit Mortis, lapsasque in præsina vires  
 Restituit, fatigæve moras sic amplificavit,  
 Mirum! quo felix secl'aria condere festa  
 Possset, & ipse manu summos dare iussus honores  
 Septem rite viris, quos alma opponere pesti.  
 Atque aliis morbis grassantibus optat Hygea,  
 Applaudunt omnes, jam iubila sidera pulsant,  
 Tres Charites triplicem pestem furiasque repellant!  
 Porro etiam leta conclamant voce canentes  
 Uni seclorum soli Philyresque Statori.  
 Ergo hac ante alias longe caput efferat urbes,  
 Et sibi præ reliquis tanti splendoris honorem  
 Perpetuum teneat, vel nutritrix blanda vel alitrix  
 Formatrixque Virum, per quos ut secula conslent  
 Leta sibi Nomen voto, his precibusque fatigat:  
 Tres, pestes absint VITLa, opto, aCaDeMICA, porro!



Yc 6668

ULB Halle  
002 639 041



3

82


13. 19. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

VD 77

m.c







SUPREMI. HONORES.  
<sup>IN.</sup>  
PANEGYRI. SECULARI.  
TERTIA.

ACADEMIÆ. LIPSIENSIS.  
RECTORE. MAGNIFICO.  
DN. AUGUST. QVIRIN. RIVINO.  
PHILOS. ET. MEDICINÆ. DOCTORE. CELEBER-  
RIMO. PATHOLOGIÆ. ET. BATONICES. P.P.  
MERITISSIMO.

*FACULTATIS. MEDICÆ. SENIORI.*

<sup>ET.</sup>  
MAJ. PRINCIPP. COLLEG. PRÆPOSITO, GRAVISSIMO.  
A. TRIBUS. FACULTATIB. SUPERIORIBUS.  
ANNO.

ACADEMIÆ. PHILYREÆ. IVBILÆO.  
NONIS. DECEMBRIBUS.

SOLEMNISSIME. DISTRIBUTI.  
CARMINE. JUBILANTE.  
DESCRIPTI.

<sup>A.</sup>  
M. LUDOVIC. CHRISTIANO. CRELLIO.  
SS. THEOL. BACCAL. P.P. FACULT. PHILOS. ASSES-  
SORE. MIN. PRINCIPP. COLLEG. PRÆPOSI-  
TO. ET. LYCEI. NICOL. RECTORE.

LIPSIÆ,  
LITERIS. BRANDENBURGERIANIS.